53 Notum sit presentibus et futuris quod Gerhardus filius Gerardi filius Gerardi clipeatoris revocavit ad manus suas quidquid donaverat et tradiderat Danieli avunculo suo in duabus domibus ante et retro subtus et supius quarum una sita est in platea clipeorum contigua domui dicte Cyrne versus portam clericorum, alia sita est in platea clipeorum contiguata domui dicte ad rufum leonem versus capitolium ita quod dictus Gerardus iure et sine contradictione optinebit quidquid in dictis domibus ex morte patris sui ad ipsum est devolutum et dividere poterit quocumque voluerit. Actum anno domini M. CC. lxxx. nono in crastino Bartholomei apostoli.

Halverecke 54 Notum etc. quod Henricus dictus Halverake et uxor sua Johanna emerunt sibi erga Gerardum filium dicte Johanne duodecim solidorum censum singulis annis de domo ante et retro subtus et supius solvendorum prout iacet in emino clipeorum contigua domui dicte Cerne versus portam clericorum post mortem dicte Johanne. Et sciendum quidquid reparandum fuerit et contigerit in dicta domo hoc dictus Gerardus pro tertia parte solvet et dictus Henricus vel sui heredes pro duabus tertiis partibus. Datum anno domini M. CC. lxxx. nono in festo beati Martini.

55 Notum quod Wilhelmus dictus Bechweyde et Greta uxor eius emerunt sibi erga Hermannum dictum Menne-hem filium Henrici dicti Vanmeschozinstein unam mansionem fabricalem cum area ante et retro subtus et supius quarum due site sunt sub uno tecto in platea clipeorum illam scilicet versus Renum ita quod sine contradictione optinebunt omni iure quo Hermannus habuit et dividere poterunt quocumque voluerint. Actum anno domini M. CC. lxxx. nono in crastino circumcisionis domini.

Beggerwede dicte Katherine in Colonia

Sancta Katherina 56 Notum quod Wilhelmus dictus Bechweyde et Greta uxor sua tradiderunt et remiserunt domui de sancta Katerina in Colonia sex solidos hereditarii census singulis annis solvendos de mansione fabricali predicta sita in platea clipeorum, tribus solidis solvendis in nativitate beati Johannis baptiste et tribus solidis in nativitate Christi quatuor septimanis post quolibet termino sine capcione. Ita si aliquis terminorum neglectus fuerit quod dicta mansio ad domum sancte Katerine predictam libere devolvatur. Datum ut supra.

Gryffo 57 Notum quod Conradus dictus de Grifone tradidit et remisit post mortem suam Bele filie sue et marito suo Florino de ~~Gumpeschedorp~~ Koppereroide quartam partem domus dicte ad Grifonem et unam quintam partem trium quartarum partium ad ipsum Conradum ex morte unius pueri sui devolutam de dicta domo ante et retro subtus et supius prout iacet in emino clericorum. Ita quod dicti Bela et Florinus optinebunt omni iure quo dictus Conradus habuit. Et sciendum quod dicti Bela et Florinus non debent dictam hereditatem dividere cum aliis heredibus et non vendent sed de proximo ad proximum cadet salvo iure hereditarii census. Datum in vigilia Andree anno ut supra.

Kneyart 58 Notum quod Hermannus dictus Kneyart emit sibi erga Ditleuum et uxorem suam Ydam septem solidos hereditarii census de medietate domus que ad aucam vocatur solvendos in festo Mathie apostoli prout iacet in platea clipeorum omni iure quo ipsi habuerunt possidendos ex opposito domus Erwini birre? et quocumque dividendos. Hoc adiecto quod dicti Ditlivus et uxor predictos septem solidos redimere possint ab ista die infra quatuor annos pro decem marcis coloniensibus. Hoc est etiam sciendum quod si dicti coniuges dictum censum redimere voluerint dictus Hermannus Kneyart potest ipsis demonstrare quod dictum censum septem solidos hereditarios in alia hereditate eque bona solvendos si voluerit. Actum anno domini M. CC. lxxx. nono in festo Lamberti.

Notum quod Hildegundis relicta Hermanni dicti Kneyart tradidit et remisit Hermanno filio suo dicto Kneyart domum sitam in platea clipeorum cum area ante et retro subtus et supius prout iacet contiguata domui Ansedil Hermanni predicti versus novum forum. Ita quod dictus Hermannus dictam domum optinebit omni iure quo mater habuit et dividere poterit quocumque voluerit. 59

Notum quod ex morte Hermanni dicti Kneyart devoluta est Conegundi filie sue cum marito suo Godeschalco una pars quatuor marcarum hereditarii census solvendarum de domo que est Ansedil Hermanni dicti Kneyart fratris dicte Kunegundis. Ita quod omni iure quo pater habuit optinebit et dividere poterit quocumque voluerit. Actum in vigilia Nicolai anno domini ut supra. 60

Notum quod ex morte dicte Conegundis et Godeschalci mariti eius devoluta est Johanni filio eorum predicta pars quatuor marcarum hereditarii census de domo predicta et quidquid iuris in ipso censu habuerunt. Ita quod dictus Johannes iure quo ipsi habuerunt optinebit et dividere poterit quocumque voluerit. Actum ut supra. 61

Notum quod Johannes filius Conegundis et Godeschalci tradidit et remisit avunculo suo Hermanno dicto Kneyart predictam partem dicti census quatuor marcarum et quidquid iuris habuit in eo. Ita quod dictus Hermannus Kneyart omni iure optinebit et dividere poterit quocumque voluerit. Actum ut supra. 62

Notum quod ex morte Hermanni dicti Kneyart devoluta est Conegundi filie sue cum Godeschalco marito suo una pars in domo pistoria contiguata domui Berewini quondam dicti Grin versus novum forum in platea sartorum ante et retro subtus et supius. Ita quod iure optinebunt et dividere poterunt quocumque voluerint ubi iusta divisio dederit. Actum ut supra. 63

Notum quod ex morte Cunegundis predicte et G. mariti sui devoluta est Johanni filio eorum predicta pars ante domum ante et retro subtus et supius. Ita quod iure optinebit sicut ipsi habuerunt et dividere poterit quocumque voluerit ubi iusta divisio dederit. Actum ut supra. 64

Notum quod Johannes predictus filius Conegundis et G. tradidit et remisit avunculo suo Hermanno dicto Kneyart predictam partem ante domus in platea sartorum. Ita quod omni iure quo ipse Johannes habuit optinebit et dividere poterit quocumque voluerit iusta divisione. Actum ut supra. 65

Notum quod ex morte Hermanni dicti Kneyart devoluta est Conegundi filie sue et marito eius G. una pars aree aree site inter domum ad anserem et mansiones Lodewici ex opposito vici sancte Cecilie in platea clipeorum que area quondam erat domus Conradi dicti Aquila. Ita quod possidebunt dictam partem iure sicut pater habuit et dividere poterunt quocumque voluerint iusta divisione. Actum ut supra. 66

Notum quod ex morte Cunegundis et G. predictorum devoluta est Johanni filio eorum predicta pars aree ante domum. Ita quod iure optinebit et dividere poterit quocumque voluerit. Actum ut supra. 67

Notum quod Johannes predictus tradidit et remisit avunculo suo Hermanno dicto Kneyart predictam partem aree ante domum. Ita quod omni iure optinebit et dividere poterit quocumque voluerit ubi iusta divisio dederit. Actum ut supra.

179